Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Populum humilem saluum facies. & oculos superborum humilia
bis. Nisi se superbia per oculos funderet. Salemon quoq; de iudee
elatione non diceret. Generatio cuius excelsi sunt oculi. &
palpebre eius inalta subrecte. Quia ergo per corporeum animal
leuiathan iste signatur. & superbia usq; ad corpus prodiens aperti
oculis principatur. antiquus hostis quasi de sublimi omnia ui
VIIII. dere describitur. Sed quia multa de ostendendo humani ge
neris inimico prolata sunt. ualde mens appetit. ut in fine locutio
nis dominice unum aliquid manifestius exprimatur. unde &
membra illius breui nobis designatione monstrentur. Sequitur.
Ipse est rex super uniuersos filios superbie. Vt leuiathan iste
incunctis que superius dicta sunt caderet. sola se superbia per
culit. Neq; enim per tot illos uiciorum ramos arescere. nisi per hanc
prius in radice putruisset. Scriptum namq; est. Initium omnis
ipse peccati superbia. Per hanc enim succubuit. per hanc se sequentem
hominem strauit. Eo & enim telo salutem nostre in mortalitatis
impetuit. quo uitam sue beatitudinis extinxit. Sed idcirco
hanc dominus fini sue locutionis inseruit. ut cum post mala
omnia leuiathan istius superbiam diceret. quid esset malis
hominibus detinus indicaret. quis etiam per hoc quod animo ponitur uiciorum
radix esse monstratur. Sicut enim inferius radix tegitur. sed ab
illa rami extrinsecus expanduntur. ita se superbia intrinsecus
celat. sed ab illa protinus aperta uicia pululant. Nulla quippe
mala ad publicum prodirent. nisi hec mentem in occulto constrin
geret. Hec est que leuiathan istius sensum feruescere facit sicut
olla. Vnde & humanas mentes in quodam feruore insanie
concutit. sed per aperta opera qualiter concussi animum euertat ostendit.
Intus namq; prius ebullit in elatione. quod foras postmodum
spumat in opere. Sed quia occasio de superbie disputatione se
prebuit. debemus subtilius hanc sollicitiusq; discutere atq;
ad humanas mentes quanta uel qualis ueniat. quibus uel